



Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Conuerso, qui dicendo pordidit dulcedinem diuinitus concessam, cap.
95.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

538 DE DIVERSIS VISIONIBVS
xabili dulcedine sic repletum est os eius, fauces, visce-
ra, & venter, ut nunquam aliquid tale in vita sua senti-
ret, corporalis erat hæc dulcedo. Porro in mente & a-
nima dulcedine spirituali Deus tam copiosè visitauit
eam, ut diceret Abbatu nōstro, quod omnibus diebus
vitæ suæ pietantiis omnibus carere vellit, dummodo
in consimili dulcedine, & hoc una tantum vice, sibi
ceret deliciari. Pro qua idem Abbas noster, ad eius pe-
titionem, pro gratiarum actione, hymnum, Te Deum
laudamus, singulis nobis injunxit. APOLLONIVS: Si
Deus sic excellenter tantillum remunerat in præsenti
vita, non ambigo quin magnas tribulationes misericordia
remuneret in futuro. CÆSARIVS: Quod facile huius-
modi consolationes in præsenti perdantur, ecce ex-
emplum.

CAPVT XCV.

*Conso-
latio in
præsenti
facile
perditur
dum ma-
nifesta-
tur.*
Conuersus quidam in Hemmenrode, cùm in orationibus suis mellifluam diuinitus accepisset dulcedinem, & ob hoc sèpe labores suos negligeret, magister suus crebrò eum arguit, dicens: Frater, certis temporibus est orandum, & certis temporibus laborandum. Ille, sicut homo simplex, ut increpante placaret, respondit: O magister, si sciretis causam, non mihi imputaretis: rogo ut detis mihi osculum: putabat enim q[uod] impressione labiorum, eadem posset sentire dulcedinem. Cui mox ut osculum dedit ille, gratiā irrecuperabiliter, ut puto, perdidit iste. Simile penè habes suprà cap. 42. de Conuerso, qui angelum sèpe vidit, & dicēdo gratiam perdidit. Causas verò subtractionis gratiæ in præsenti plures esse alibi tibi assignauit. Quidam tamen, licet aliis sibi diuinitus ostensa referant, non ob hoc gratiam perdunt, sicut suprà dictum est de Henrico Conuerso in Hemmenrode,

CAPVT XCVI.

Henricus idem cùm grangiæ, quæ Hart dicitur, præcesset, & die quadam in Maio segetes cortis, orationes suas ruminando, solitarius circuiret, hominem quendam sub arbore, piro scilicet, quæ illuc